

a 1531 ad 1533 = 257 str. 85.

Petrus Tomicki, Mathia Drzewicki, ar:
chiepiscopo Gnesnensi.

21

Reverendissime in Christo pater et domine
maior honorandissime. Agenti mihi nuper
circa ecclesiam collegiatam Sandomiriensem, ca:
nonici illius loci Declararunt mihi, et non
parum sunt questi, quod in eorum gra:
vamen et præiudicium non mediocre, domi:
natio vestra reverendissima literas et proas:
sus conservatoris dudum sibi per sedem apo:
stolicam assignati, admittere in sua diecesi
nolit, in qua cum ipsi maiorem partem
proventuum suorum habeant, ultra magnum
incommodum, et rei familiaris suæ dispen:
dium facere non possent, si pro debitis
vel iniuriis suis in tam longinquo loco age:
re, et homines convenire deberent. Quare, plu:
rimum rogo dominationem vestram reveren:
dissimam, ut canonicos prædictos, et reli:
quum clerum ecclesie Sandomiriensis, libera:
tate et iure, quo illos antecessores domi:
nationis vestrae reverendissime sine ullo ne:
gotio uti permittebant, ipsa quoque uti
permittere velit, atque in sua diecesi liter:
as et censuras eorum conservatoris admitti
iubeat. Ita enim et canonicorum iuri,
in quo se gravatos queruntur providebit,
et sedi apostolicæ, cui eiusque iudicibus de:
legatis reverentiam et obedientiam debemus,

domi:

dominatio vestra reverendissima satisfaiet.
Cuius amori et benevolentia me commendo,
et opto ut illa plena et integra valetudine
fruaturs, et diuturna ac felicissima vita sua
tempora ad laudem Dei traducat. Datum